



# **Adversus Eberhardum Billicum veritatis inimicum**

<https://hdl.handle.net/1874/9174>

ADVERSUS  
EBERHARDUM  
BILICVM VERITATIS  
INIMICVM.

DOCTOR IOANNES DRACONITES.

Item.

EPIGRAMMATVM  
LIBER.

MATTHAEI XIII.

Erratis, nescientes scripturas & Dei  
virtutem.

ANNO M. D. XLVI.

# IN EBERHARDVM BIL- LICVM ANTICHRISTI VILLICVM:

Ioannes Draconites.



VE M A D M O D V M Elias uir  
Dei precabatur, ut doctrina sua ce-  
litus in hoc confirmaretur, ut om-  
nis populus disceret, rectè de  
Deo sentire & loqui: doctrinam ue-  
rò Baalitarum falsam ac diabolicam esse. Sic ego  
Deum & patrē liberatoris nostri Iesu Christi pre-  
cor, ut Euangelion sinat Colonia doceri potentis-  
simè: quò uidelicet omnis populus cognoscat, nos  
diuinam & æternam doctrinam in orbem terrarū  
(uelut triticum in agrum domini) serere: Billicum  
autem cum omnibus monachis & Canonicis Bil-  
licanis tartaream breuiq; periturā doctrinam (ue-  
lut sterilem auenam) in Ecclesiam Dei seminare.  
Qui sumus enim nos, ut propter nostram perso-  
nam, ea doctrina iudicetur hæretica atq; diabolica,  
quæ non est noua nec humana, sed antiquior mun-  
do, & ab ipsamet Trinitate, per ora cunctorum Pa-  
triarcharum, Prophetarum, Apostolorum præ-  
scripta: Sicut igitur Elias ante risit Baalitas insigni-  
ter quàm sternerentur, & à populo in flumē Cison  
præcipitarētur: nec non ob id laudatur Elias, quòd

A ii egre

egregiè deriserit Antichristos. Ita uaticinor ego tibi Billice, tuisq; fraterculis Epicuri porcellis: uos nō solum ante contemptum ac derisum ab omnibus iri maximè, quàm pereatis, & idola uestra proiciantur in Rhenum à populo Dei: sed etiam peto sanctos omnes, ut mihi uitio non dent, quòd ideo risurus per Christum sum Antichristos Colonienſes, donec instar pulueris ab iræ Dei futuræ uento difflentur, quia sexcenti Moses haud suffecerint cum omnibus legis fulminibus ad impietatem & blasphemiam monachorum, Canonicorum, sophistarum Colonienſium in ima tartara præcipitandum. Sed tempus aduolat præpetibus alis, in quo nō aliter Billice te pœnitebit id accepisse, propter quod tuum librum parum Christianum scripsisti: quàm Iudas affectus pœnitentia mercedem sanguinis ante pedes Phariseorum abiecit.

Ego uerò nunc Ebrarde Billice uolumen tuum ingens, uelut diaboli commentum, refellere neutiquàm conabor (nondum enim pagellam unicam perlegi) sed omnium euangelicorum, & concionatorum & ordinum, doctrinā & confessionem ideo protegam, & contra titulum codicis tui scribā: teq; in Christum, Archiepiscopum Colonienſem, totam Coloniam, omnes augustanæ Confessionis, hoc est, Euangelii fautores, me deniq; grauissimè

pec

peccare: quia diuinum Pſalmi quinti locum aduerſus pseudo prophetas à Dauide ſcriptum, in eos detorques, qui ſoli noſtro ſeculo rectè de Deo & Chriſto ſentiunt, loquuntur, ſcribunt.

Tu uerò pseudo prophetarum os, qua fronte precor audes, non ſolum falſò, Dauidis Pſalterium Eccleſiæ gaudium, citare, uerum etiam maximo Dauidis Pſalmo nequiter abuti, indies corā Deo mentiendo: Quoties enim tu cum uentribus tuis Canonicis & monachis, alphabetū illud doctoris Theologiae Spiritus ſancti blateratis & dicitis: Septies in die laudauit te propter uerbum tuum: toties coram Deo & angelis eius mentimini, & in Spiritum ſanctum peccatis: eò quòd gloriamini coram Deo per totum Pſalmum, uos Dei uerbum ſuper omnia diligere, confiteri, extollere, cum nil minus faciatis, quàm id quod falſò precamini. Qui namq; uerbum Dei confitentur ita ut Dauid (puto noſtros) eos non ſolum odio proſequimini uipereo, diabolicos uocatis hæreticos, uerbum Dei confitendo negatis contra naturam & conſcientiā, ſed etiam putatis uos obſequi Deo, cum uerbi Dei confeſſores damnatis, affligitis, occiditis, Antequàm igitur exordiar confirmare doctrinam Euangelicorum: te uerò peccare aduerſus Chriſtum, Archiepiſcopū Colonienſem, totam Coloniam, totā Eccleſiam,

me deniq; minimū Christi membrum, demōstra-  
re: tibi non solum Theologi nomen eripio, ceu fal-  
sum titulum, indoq; nomen Matæologi, sed etiam  
Psalmi quinti locum, aduersus nos citatum, in te,  
uelut Dei telum retorqueo, dicoq; contra uos Da-  
uidicum hoc esse cantatum: Non est in ore eorum  
ueritas, iudica illos Deus. Ac te cum præuaricato-  
ribus mandati primi cunctis propediem iri iudica-  
tum, septimo Psalmo confirmauerim.

Nunc audi Billice, quomodo nos esse Christia-  
nos; uos autē antichristos esse; probare uelim bre-  
uissimè. Quicquid nos docemus in nostris Eccle-  
siis, & scribimus, esse uiuum Dei patris uerbū, Chri-  
sti filii Dei uerum Euangelion, certam Dei spi-  
ritus sancti methodum; ex eo libro meo, cōtra quē  
tu scribis, tam clarè lucet, quàm sol è cœlo fulget;  
quem ego, propter inuidiā Dei uestri diaboli, sum  
dignatus honore poëtico. Vides enim talpa, libel-  
lum in hoc à puero quidem annos quindecim sed  
tamen nato poëta, conuersum è germanica lingua  
in latinam, ut simul fieres sciens, chorū poëtarū  
in animo ferre, te propter uirtutes tuas reddere  
immortalem. Quod si meo libellulo, ceu catulo  
Molossis (ut ais) collatranti, fidem non adhibes; en-  
tibi tres testes in quorum stet ore uerbum nostrū,  
uidelicet Patriarcharum, Prophetarum, Aposto-  
lorum,

lorum scripturam sanctam, Dei & Christi spiritu,  
propter solum Christum, in utilitatem Ecclesie  
proditam. Etenim non solum ipsimet Scripturas  
purè tractamus: & Scripturis consona docere cum  
Prophetis & Apostolis ostendere clarissimè pos-  
sumus; sed etiam nos ferre non posse eos, qui hallu-  
cinantur, & à scopo (quod dicitur) aberrant: testes  
sunt libri nostrorum aduersus hæreticos scripti.  
Nec imparati foremus (si erraremus) non solum  
à quouis etiam puero in uiam reduci, sed etiam hæ-  
retici nomen tanquàm diabolum auersamur & fu-  
gimus. Horrendum est uel in uno Scripturæ loco  
titubare. Dicit enim Deus, Non erit innocens qui  
nomine meo abutitur. Cui subscribit Christus, in-  
quiens, Qui non est mecum, contra me est. Quo-  
niam igitur hæreticus est is, qui pertinaciter uel  
uni Scripturæ loco resistit, nedū omnibus ad iusti-  
ciam & salutem Christianam spectantibus more  
uestro; nos autem nulli Scripturæ loco resistimus,  
sed in hoc omnes Scripturæ locos purissimè tracta-  
mus, ut non aliter uelimus auditores nostros sal-  
uos per Christum unicam hominis iusticiam & sa-  
lutē, quàm nosmetipsos, nec aliter in extremo die  
iudicari quàm nosmetipsos, sequitur necessariò,  
uos hæreticos & Antichristos esse, nos autem paci-  
ficos & Christianos esse.

Nam si Scriptura diuina Christum Ecclesiæ ca-  
put affirmat, & solum audiendum, prædicandum,  
inuocandum ostendit: nos ideo Christiani pacisq;  
amantes iudicandi sumus, quia Christū solum Ec-  
clesiæ caput agnoscimus, & nil sine Christi uerbo di-  
cere facereq; studemus. Vos autem Antichristum  
Romanum, tanquàm Ecclesiæ caput, adoratis, & au-  
diendum plus quàm Christum arbitramini: san-  
ctos mortuos inuocatis: Euangelion de Christo re-  
ticendum putatis: Ecclesiam Christi sanguine pri-  
uatis, coniugium prohibetis, & interim è septem fi-  
ctis Sacramentis unum esse dicitis matrimonium;  
quæ sunt hæreses contra Scripturam omnē, & cau-  
sæ discordiæ publicæ in orbe Christianorum uni-  
uerso. Nos igitur orthodoxos, uos hæreticos; nos  
pacificos, uos sediciosos; nos Christi membra, uos  
diaboli mancipia esse; diuinæ trinitatis scriptura  
sancta testatur. Conferamus obiter Christi & An-  
tichristi regna. De Christo Paulus ait **IPSE EST**  
**CAPVT ECCLESIAE.** Christum solum audiri  
uult Deus pater, inquit: **HUNC AUDITE.**  
Christum solum inuocandum esse Paulus & Ioan-  
nes testantur, inquentes, **Vnus est Dei & hominū**  
**mediator homo Iesus Christus; ipse est aduocatus**  
**noster apud patrem, & pro nostris delictis propi-**  
**ciatio.** Christum unum prædicandum esse, lucet è

Petri



Petri uerbis, dicentis: Hic est lapis à uobis ædificā-  
tibus reprobatus, nec est nomē datum hominibus  
sub cælo, in quo salus est, præter nomen Iesu. Chri-  
sti sanguinem in uino bibendum Christianis o-  
mnibus, probo Christi uerbis dicentis: Ex hoc oēs  
bibite. Coniugium omnibus mortalibus ex æquo  
(nisi quos ipsemet Deus excipit, ut Mariam, Iere-  
miam, paucos alios) præceptum cōfirmo. primū,  
uerbo Dei patris inquentis, Crescite & multipli-  
camini, deinde uerbo Dei filii dicentis, Masculum  
& fœminam creauit Deus hominem ab initio; po-  
stremò Dei spiritus sancti uerbis inquentis, Pro-  
pter supra uitanda quilibet uxorem suam habeat  
& quælibet suum uirum. Plura de Christi regno  
testimonia numerare supersedeo. Dic autem mihi  
tu Billice uel unicum apiculū in uniuersa Scriptu-  
ra, quo Romanā pestilentiam esse caput Ecclesiæ  
confirmare queas. Nam locus ille Matthæi decimo  
sexto. T V E S P E T R V S, à nobis stat tanquā  
Marpesia cautes aduersus Romanum Antichristū.  
Docet enim credentes & confitentes Iesum Dei fi-  
lium, instar Petri, esse Christi Ecclesiā super Chri-  
stum petram extructam, sicut & Paulus ad Ephesios  
testatur inquit, Aedificati estis super fundamen-  
tum Apostolorum & Prophetarum, summo angu-  
lari lapide Iesu Christo. Antichristus autem Ro-

B

ma

manus est nec Petrus nec petra, sed ille de quo Paulus ad Thessalonicenses ait: In templo Dei sedens ostentat se Deum, & super omne quod Deus uocatur, extollitur. Quinetiam Antichristum Italicum potiri diabolico regno, tam aperto signo monstraro, ut etiam manibus palpari queat, nedum credi debeat. Sic enim Paulus ad Timotheum inquit, Spiritus certò loquitur, in extremis tēporibus quosdā à fide defecturos, Spiritibus impostoribus attenturos, doctrinis dæmoniorum per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam conscientiam habituros, matrimoniū prohibituos, & cetera. Non potes aut negare Billice, meretricē Babylonicam, non solum matrimoniū & cibos prohibere, sed etiam totum eius regnum esse nil aliud, quàm seminariū omnium hæresum, adeoq; complementū illius Petri: Doctores erunt inter uos falsi, qui sectas inducēt perniciosas, etiā dominum, qui mercatus est illos, abnegantes. Neq; impudentia tua Monache potest ullum Scripturæ diuinæ iora proferre, quod Mortuorū inuocationē & Sanctorū intercessionē cōstabiliat: qua tamē soletis, uos architecti fallaciarum Monachi, indoctulo popello imponere, & ab inuocatione uera Dei nois auocare. Quinetiā uos cōtra Deum & Christū peccare uehementissimè, li quidū fit è mandato primo, Deos alienos uetante.

Chri-

Christus aut̄ reicit apertè uestrà idolatriã, dicens,  
Qui sequuntur aliũ, doloribus afficiẽtur maximis:  
nec eorũ nomẽ in ore meo ferã. Multò potes mi-  
nus facere planum uos iure diuino populum Chri-  
stianũ à cõmunionẽ Christi sanguinis arcere. Sed  
re cõtẽ uos à Deo tãta cæcitate punimini, q̄a Christi  
sanguinẽ bibitis indignè. Quis enim bibit indignus  
Christi sanguinẽ, q̄ is qui contra mandatũ Christi  
(dicẽtis; Bibite ex hoc oēs) se putat solum dignum  
Christi sanguine, reliquos autẽ indignos, sicut ille  
Pharisæus aliis sese p̄tulit: Ecquib⁹ uerò Scripturis,  
Sodomitæ, contra Deum & naturã certãtes, proba-  
bitis, Vos bona conscientia iureq̄, p̄ceptũ à sancta  
Trinitate matrimoniũ prohibere, & propter impu-  
dicissimã monasteriorũ, Saranę prostibulorũ, casti-  
tatẽ promittere cælũ: Audistin⁹ è Paulo, Vos non  
modo p̄uaricatores sexti mandati maximos, sed  
etiã autores trãsgressionis eius mãdati pestilentis-  
simos ex diabolo esse, spiritibusq̄ impostoribus at-  
tendere: In cuius ore nũc est ueritas Magister no-  
ster uel (si mauis) noster Magister: Scilicet in eorũ  
ore ueritas est, qui nil sine manifesto Dei & Christi  
uerbo dicunt & faciunt in Ecclesia, sicut nostrates,  
an in eorum ore, puto uestro, qui non solum spi-  
ritibus attendunt impostoribus, sed etiam audi-  
ent in extremo die iudicium Christi in Psalmo

citato à uobis dicētis: Nunquàm uos malefactores  
noui, discedite. Quæro autē te Billice prouincialem  
animarum pestem, quo putas eos supplicio dignos,  
qui non solū falsò docent, & animas infinitas Orco  
mittunt, sed etiam rectè docentes, & animas cælo  
plurimas lucrifacientes, oderunt, calumniātur, oc-  
cidunt: Paulus Alexandrum & Hymenæum ideo  
Satanæ tradidit, ut maledicere dediscerent. Vos nō  
solum maledicētia uincitis Alexandrum & Hyme-  
næum Paulomastigas, uerum etiam Pilatum & He-  
rodem siti Christiani sanguinis. Ergo Paulino spi-  
ritu & scripturæ diuinæ autoritate fretus, non solū  
uos hæreticos & antichristos declaro, sed etiā iure  
clauium excommunico, deq; officio sacerdotali  
(ut iureconsultorum utar uerbo) degrado, quoad  
resipiscatis, & nobiscum sentiatis in Christo Eccle-  
siæ capite & seruatore mundi.

Enimuerò Monache nō es tu contētus, Christi  
regnum & sacerdotium maledictis conspuere, sed  
resistis etiam sediciose tuo magistrarui & Archie-  
piscopo, uel ideo dignissimo, qui referatur in nume-  
rum sanctorum, quia non aliter Christum renatū  
hoc seculo per Euangelion suscepit octogenarius  
magna cū fide, quàm simeon ille grandæuus Chri-  
stum infantulum excepit in ulnas suas, nec minus  
paratus est ante mori, quàm diffiteri uerbum esse

Dei

Dei uiui quod nostri docent, quàm Sacharias Ba-  
ptistæ pater mori quàm negare Messiam uenisse  
maluit. Fecit officium Archiepiscopi diuus Her-  
mannus, Antichristum è suis Ecclesiis pellendo, &  
Christum introducèdo, nec saluus potuisset fieri,  
nisi docendi Euangelii & duo Sacramenta admini-  
strandi regulam Paulinam Ecclesiis præscripsisset.  
Tu uerò quicquid ille diuino struit libro, tuo uolu-  
mine destruis planè diabolico. Quid tibi faciat Ca-  
melitarum sediciosissime tuus magistratus in hac  
causa iustissimus? Siquidem nos ideo uocas hære-  
ticos, & igni ferroq; delendos arbitrare, quòd Anti-  
christi secreto (aio decreto) resistimus, freti Scri-  
pturis diuinis, quas ad eò pro nobis habemus oēs,  
ut semper unum errorem uestrum mille Scriptu-  
ræ locis refellere queamus: uos autè omnibus Scri-  
pturis diuinis & humanis, cum ueritate, non unicū  
dogma nostrum irritū facere, nosq; hæreseos aut  
seditionis conuincere possitis. Ac si diligenter in-  
quireret magnus & patiens Cæsar Carolus, in quo-  
nā omnis discordiæ cardo uerteretur, ita ut omnes  
articulos fidei, quibus nos hæreseos postulatis, per-  
scribi sibi à uobis primū iuberet: deinde nobis pro-  
poneret unum post alterum, uel refellendum uel  
asserendum: non dubito responsionibus nostris au-  
ditis, Cæsaream Maiestatem, nos pacificos & Chri-

franos, uos autem hæreticos & sediciosos, reperi-  
turam, nedum contra sediciosam impietatem ue-  
stram Cæsaris gladium districtum iri. Equidem  
(si me Cæsar iam roget, quid credam quidq; doce-  
am) nil aliud responderem, quàm Catechismum,  
ad quem ego cunctam refero Scripturā, ideoq; Scri-  
pturam explico εὐαγγέλιον, ut simplices ac mei si-  
miles animæ certum habeant scopum, ad quem o-  
mnem fidem, confessionem, uitam dirigant; tantū  
abest ut hostis ego seditionis & hæreseos omnis,  
mea doctrina quenquam sediciosum & hæreticum  
efficiam. Quinetiam possum tibi catechumenon  
uel puerū ostendere, qui doctior sit Christi, quàm  
omnes Theologastri & Carmelitæ Louanienses &  
Colonienſes. Perplacet mihi quod Christus ait:  
Neminem Dei regnum ingressurum, nisi qui Dei  
regnum ut puer accipit. Vos autem regnum Dei  
nobiscum recusatis accipere uelut pueri, sed tan-  
quàm uiri Belial & sanguinum. Haud enim curatis  
decem præcepta, symbolum Apostolicum, oratio-  
nem dominicam, duo Sacramenta, Baptismum ac  
Eucharistiam, sed humanis doctrinis non Dei uer-  
bo, nec per Christum, sed per Antichristum, iusti-  
ficari saluariq; nitentes, orbem Christianum idola-  
tria, calumnia, persecutione uestra conturbatis, in  
Ecclesia Catholica sediciosiores, quàm rustici fue-  
runt

tunt duce Monetatio: Quoniam igitur coram Deo  
& hominibus sediciosus es hæreticus Billice, non  
ideo solum coram mundo sis puniendus ut sedi-  
ciosus, quia magistratui tuo resistis, uerumetiam  
dignissimus, qui suspenſa collo mola asinaria de-  
mergaris ideo profundum in mare, quòd Coloni-  
enses ad uitam æternam uocatos offendis, & tuis  
scriptis mendacibus parricialiter ab Euangelio  
Christi Iesu dehortaris.

Ego uerò Colonienses ideo ter fêlices appella-  
re soleo (teste Micaële Meienbergero, uiro omni-  
bus pietatis numeris absoluto) quia post auolatũ  
Iouis nunciæ fuluæ, non solum pro tribus regibus  
sanctam colēt Trinitatem, sed etiam cum omnibus  
sanctis Christum purè confitebuntur. Quas porrò  
tunc gratias agent Colonienses ad Christum cõ-  
uersi: num libros tuos cremabunt: num idola Billi-  
cana in Rhenum? Putasne tunc pium Menezagiũ  
propter Christi sanguinẽ in uino datum credenti-  
bus exulaturum? Censen Oldendorpio iurecon-  
sultorum phœnici tunc propter Christi sanguinẽ  
in uino sumptum prælectioni iuris à leguleis inter-  
dictum iri? Tunc non recusabitis Longolium Co-  
loniæ sepelire, nec coniugem eius fidam Longo-  
liam propter ueritatem relegabitis. Non reuola-  
bit Iouis armigera, dum pueri Colonienses igno-

rabunt quale fuerit monachus animal, & aliquo cō-  
specto Billico quasi monstro uiso terrebuntur ita,  
ut aufugiant, & signo crucis sese communiant. I  
nunc & inflamma tuis scriptis, uelut diaboli telis  
ignitis, aduersus Euangelii confessores, eos qui nul-  
lum habent ius nostram ueritatem opprimendi,  
uocatos autē in hoc à Deo, ut idolatriam uestram  
(instar Dauidis) extinguant. Proponatur in Con-  
cilio, non Tridentino, uetus & nouum testamenta.  
Si Cæsar nostram cōfessionem ab unico Scripturæ  
clarissimæ apiculo dissentire cōpererit, nec uelle  
Scripturis cedere uiderit, mandet nos igni cum scri-  
ptis nostris. Si uerò compererit uos errare toto  
(quod aiunt) cælo, compescat saltem ora uestra  
maledicta, sinatq; nos cum pace Dei uerbum in ter-  
ra Christi confiteri, donec ueniat è cælo, iudicatū  
uiuos & mortuos ita, ut credentibus Euangelio no-  
stro uitam largiatur æternā, hostes autem Euan-  
gelii nostri scabellum pedum suorum faciat æter-  
num. Væ uobis scribæ, Pharisei, hypocritæ, quia  
clauditis hominibus Regnum cælorum, & non so-  
lum ipsimet non ingredimini, sed etiam intrare nō  
sinitis aduenientes. Væ uobis scribæ, Pharisei, hy-  
pocritæ, quia domos uiduarū comeditis, dum sub  
prætectu precibus longis precamini, hoc ergo plus  
damnationis accipietis. Væ uobis scribæ, Pharisei,  
hypo



Hypocrite: quia sepulchra Prophetarum edificatis,  
& monumenta iustorum ornatis, & dicitis: Si fuif-  
semus in diebus patrum nostrorū, haud fuifsemus  
eorum focii in sanguine Prophetarum. Itaq; testi-  
monio uobismetipsis estis, quòd eorum filii sitis  
qui Prophetas occiderūt. Vos quoq; implete men-  
suram patrum uestrorum: serpentes, uiperarū pro-  
genies, quomodo gehennę iudicium effugietis? Li-  
bet enim mihi in uos Billicanas hiruines, ideo uē  
Christianum detonare, quia tanti Christiani nomi-  
nis hostes estis, ut si Christo foret adhuc patiendū,  
multò sit duriora passurus à Billicanis canonicis &  
monachis, quàm passus est à Pharisæis & sacerdo-  
tibus Ierosolymitanis. Quoniã igitur hostes estis  
omnium Enangelii confessorum, nedum Coloni-  
ensium & totius humani generis, nec potestis resis-  
piscere, donec ora compescantur, faxit Iesus Chri-  
stus, ut Euangelion citò Colonia resonet ita, ut nō  
solum uos (tanquam Ratisponæ mures) silere co-  
gamini, uerumetiam nos tandem à pestifero Anti-  
christi regno penitus liberemur. Hæc extempore  
sint eò dicta, ut non solum uos esse Maræologos,  
non Theologos ostenderem, uerumetiam ut spi-  
culum quinti Psalmsi contra nos falsò tortum, in  
uos cum ueritate retorquerem.

Supereft ut tecum expostulē Billice, ueritatēq;

mea doctrinæ contra uanitatē linguæ tuæ defen-  
dam. Primum baubas Cerbere me iudicium Vni-  
uerſitatis & Cleri catholicum & orthodoxū omni  
conuiciorum genere dilaceraffe & infectatum eſſe,  
deinde me, cum Philippo Melanthonē, Martino  
Bucero, Ioanne Oldēdorpio, Ioanne Menerzagio,  
numeras inter mendaces, impudētes, rabioſos, per-  
fidios, inſanos ſcriptores, calumniatores, impoſto-  
res, & prurientiū auriū magiſtros appellas: poſtre-  
mò uel ideo riſu potius & miſeratione dignum pu-  
tas, quàm refutatiōe, quia ſim catulus ſuis Molof-  
ſis tantummodo collatrans. Quid dignum tanto  
feret hic promiſſor hiatus? Eſt nē uerò catholicū &  
orthodoxum non ſcripturis & argumentis, ſed con-  
tumeliis & mendaciis aduerſus catholicos & ortho-  
doxos certare? Quid enim unquā cogitauī dicere aut  
ſcribere ſine Dei uerbo? Sed cōtineo me (ſcio namq;  
à cæteris tibi bilioſo reſponſum iri) & nunc tantū  
expoſtulabo tecum atrabile percite, quòd ignotū  
& innocentem adeò traducis nequiter & infamare  
ſtudes, non ut Chriſtianus. Quis enim neſcit me  
contra Matæum abortiuum Eccleſiæ, neutiquàm  
fuiſſe ſcripturum, niſi liber eius mercenarius, nō ſo-  
lum omnium Chriſti confeſſorum fidem pari ne-  
ſciam contempſiſſet, uerum etiam Colonienſes à  
noſtra doctrinā uelut tartarea dehortatus fuiſſet?  
Petrus

Petrus aut̄ uult nos esse paratos ad rationē fidei no-  
strā cui libet reddendam. Et Paulus uult ministrū  
uerbi, non solum esse potentem ad docendum re-  
ctē, sed etiam ad contradicentes reuincendum. Ve-  
rigitur Amos propheta conabat̄ ex ore leonis duo  
saltem ouiculæ crura uel auris extremum eripere,  
sic ego fateor quidem me libellū pro concionato-  
ribus euangelicis in hoc scripsisse, ut eorū doctrinā  
patrocinando simul omnes hostes eorum flagella-  
rem, præfationem autē ad Senatum Coloniensem,  
haud alio cōsilio præfixisse libellulo, nisi ut electos  
Agrippinæ Colonix contestarer, nostram esse do-  
ctrinam & antiquissimam & optimam: Marxi ue-  
rò nugas esse nouas atq; deterrimas. Si non accu-  
sasset Marxus, non respondissem. Et si quemada-  
modum nunc Billice tui libri titulo saltem respon-  
deo, sic Marxi τῆς ἀπεβολῆς τῆς γενεατικῆς respondebā.  
Quis aut̄ uestrū omniū tā pius tamq; doctus est, ut  
possit scripturis ritè citatis, minimum apiculū uel  
meæ præfati uinculæ uel libelluli falsitatis aut hære-  
seos cōuincere, sicut nos erroris uos cōuincere pos-  
sumus? Quinetiam (si uultis ita) necessum mihi fo-  
re uideo, singulos errorum uestrorum articulos cū  
diuina scriptura cōferre, uosq; denuò coloribus ue-  
stris (quod dicitur) expingere. Sicut enim Iannes &  
Iambres non antè Moysi resistere destiterūt, quàm

pudescerent atq; interirent cum patrono suo Pharaone: ita Matæus & Billicus non ante cessabunt Euangelio resistere, quàm erit stulticia eorum unà cum patronorum bile omnibus hominibus manifesta. Quoniam ergo Camelus Billicanus, Matæus antisophista, Canonici Epicurei, monachi athei, Philosophi antichristi, non aliter capitibus & opinionibus sunt discordes, caudis uerò peccatisq; sunt concordes, quàm uulpes Simsonis caudis erant colligatæ, capitibus autè liberæ: Precor Deum Spiritum sanctum, ut etiam non aliter per uos cū doctrina uestra pudefactos à quocunq; tandem, Antichristi regnum labefactet euertatq;, quàm Simson, per faces caudis uulpium alligatas, fruges Palæstinorum exussit. Ceterum ualde me tui miseret Villice, quòd propter nos reus gehennæ factus es, ait enim Christus: Qui fratri suo dicit fatue, reus est gehennæ. Tu uerò non tantum implees præuaricando mandatum octauum Dei uetatis id quod tu facis, sed etiam plus nos appellas quàm fatuos contra præceptum Christi. Itaq; mi frater Esau, mi Cain, tu potius sis miseratione non refutatione dignior quàm ego, nisi causam exponere liberet, cur delinquas nos instar scurræ denominando: nos autè minimè peccare, si te uocaremus diabolū, ne quid grauius dicam. Etenim stultum nequam, diabolū,  
cum

etum optima conscientia uocari posse, qui contra  
Dei uerbū loquitur & facit, ut uos malæ bestię uen-  
tres pigri, facere liquidū queo scripturis exemplisq;  
Prophetarū, Christi, Apostolorum. Ediuerso pla-  
num facere possum scripturæ locis exemplisq;, eos  
in Deum & Christum peccare grauissime, qui rectè  
docentes ( ut nos docemus rectè ) denominant ita  
ut tu nos denominas, os maledictiōe plenū. Num  
uerò Christus ait: Væ uobis si laudauerint ( quales  
estis uos ) homines? Nonne ciues Bethæxi sunt ab  
urbs ideo discerpti, quòd Prophetam Elisæum de-  
nominare sunt ausi recaluastrum? Sed quid multis  
opus? Indico tibi bellum Christianū uerbero hac  
lege atq; omine. Quia ualde confuse scribis & obscu-  
rè ( nil enim melius est in tuo libro, nisi quod nemo  
quid dicas, intelligit ) significes mihi uelim apertè  
& ordine, quæ nam sint hæreses aut causæ, propter  
quas iure nos diuino tam crudeliter denomines, ut  
epitheta repetere cohorream. Si namq; probare ne-  
quero maximam & animaduertendam nobis iniu-  
riam à te fieri; tolerabimus posthac, ut epigraphas  
literarum talibus epithetis consuas, quibus iam ma-  
stigia nos uelles infamare. Sed tu forsan hypocrita  
uides in oculo fratris tui festucam ( quicquid enim  
contra nostram doctrinam scribis, aduersus tuam  
conscientiam scribis ) doctrinamq; propter uitam

imperfectam adspernaris. O me miserum. Quid  
hic respondeam: Siquidem haud in memetipso, ne-  
dum in omnibus Euangelii confessoribus perfectā  
obedientiam decalogi (quæ est una uitam agendi  
Christianam regula) comperio, semperq; cum Da-  
uide psallo, Non intres in iudiciū cum seruo tuo.  
Quinetiam affirmauerim per Deum uiuum & ue-  
rum, nisi fides in Iesum Christum esset unica per-  
fecta q; legis impletio, nec me, nec Sanctorū quen-  
quam in cælum esse uenturum. Sed respiro cum  
Paulo dicente: Quicquid uiuo, in fide Iesu filii Dei  
uiuo, qui me diligit, seq; pro me tradidit, quam ego  
Dei gratiam ideo non sperno, quia si lex iustificat,  
Christus frustra mortuus est. Tu uerò si cerneres  
Villice in oculo tuo nequiciam illam trabalem ad-  
uersus decalogum (quo Deus regit ac iudicat mun-  
dum) & uitam nostram cum uestra conferres de-  
calogicè, ueritas ipsa te fateri subiget, eos quos tu  
pessimos inter Euangelii confessores arbitrare, me-  
liores iis esse, quos tu iudicas inter uos optimos esse  
Nos decalogi præuaricatores haud ferimus, & stu-  
demus ipsimet per Christi spiritum, ne præuarice-  
mur. Vos autem non modò præuaricatores estis  
ipsi, uerumetiam nolentes præuaricari decalogum  
ferre non potestis. Ac ( quoniam ibi tantum pec-  
cata cernuntur, ubi uerbum docetur, ibi uerò pec-  
cata

cara quoq; opera bona uidentur, ubi regnant huma-  
na traditiones inimicæ Dei) non possis certius tur-  
uir Belial deprehendi, quàm crepâdo, anabaptista-  
rum more, nos ideo uerbum Dei non posse docere,  
quia tam multi sint inter nos peccatores. Stat enim  
hic contra te dominus Iesus dicens: Hypocrita, ex-  
ime prius trabem ex oculo tuo, deinde fratri tuo  
dic, sine festucam ex oculo tuo eximam. Non ueni  
iustis, sed peccatores ad pœnitentiam uocare, non  
enim sani medico egent, sed ægroti. Verùm quo  
prouehor? Si Deum & Christum nossetis indoctis-  
simi scripturarum & linguarum omnium, non dis-  
ceretis esse nos hēreticos, sed iis nominibus, quibus  
Christus nos dignatur, appellaretis, nempe filios &  
hæredes Dei, fratres & cohæredes Christi. Sumus  
enim illi de quibus ait Iesaias: Manu sua Deo adscri-  
bent sese. Et hac ego manu iam corā uobis omni-  
bus Christo me deuoto: tā certus in Christo me  
de Deo non falsa docere, quàm Paulus erat cum dis-  
ceret, Si uel ego uel angelus è cœlo prædicer aliud  
Euangelion, quàm id quod uobis nos prædicamus  
sit anathema. Quare si nos ideo denominatis uo-  
cabulis diabolicis, ut non solum ab iis quos putatis  
uos Sanctos abalienetis, sed etiam uelut obnoxios  
& parricidas gladio flammisq; adiudicatis: uobis  
deiero per Christi spiritum, uos non solum ab o-

mnibus iis quos scimus in Christo Sanctos, nō modo peius in posterum denominatum iri, quā nos à uobis denominamur, sed etiam pœnam à uobis denominatorum saluis nobis perpetuò sensuros. Nec cœlum uult, nec terra potest, diutius impietatem uestram & crudelitatem ferre. Proinde si respicere & credere uoletis ut nos, & hic amici fiamus, & in cœlis unā uiuamus perpetuò: sin uerò nō uultis, perite cum omnibus diabolis æternum.

Hæc tibi breuiter à catulo sint responsa, qui Molossis suis (ut scribis) tantum modò collatrat. Quia namq; per catulos ego discipulos, per autem Molossos, præceptores intelligo: puto me à te contēni, honorem esse maximum. Ut enim signum est naturæ malignæ, dicere alios nil scire, nisi quod à præceptoribus didicerunt, ita candoris est argumentū euidentissimum, ingenuè fateri per quos profeceris. Sic Christus se patrem habere præceptorem gloriatur. Sic Elisæus præceptorem Eliam agnoscit. Sic Baptista & Apostoli Christum præceptorem confitentur. Sic ego Lutherum & Philippū, meos præceptores agnosco. In causa sunt hæc. Cum Erfordiz puer deambularem inter tilias & in æthere non oculis sed animo cernerem imaginem Christi splendidā, semper mihi Christi uultus est mentis sic obuersatus, ut raptus ex eo tempore quodam impetu



impetu sim Christum nosse desiderandi Ecce au-  
tem mihi consulenti præceptores Erfordienſes re-  
ſponderunt: me Theologum fieri non poſſe, niſi  
Gabrielem Bielum probè tenerem. Curſitavi Lo-  
uanium ad Eraſmum Roterodamum aliàs non ho-  
minem ſed ipſius humanitatis filium: Reſpondit  
ille me Theologum neutiquàm euafurum, niſi pri-  
mò Origenem, dein Ieſaiam perlegiſſem. Aduolo  
Vitebergam ad Lutherum & Philippum: hic re-  
peri quod Erfordiæ & Louanii quæſiui. Cum enim  
Lutherus ad me diceret abi tu: Christus in ſcri-  
pturis eſt quærendus ( in quibus Moſes uelut pro-  
poſitio maior, prophete minor propoſitio, nouum  
teſtamentum conſuſio ) non deſtiti poſtea quæ-  
rere Chriſtum in ſcripturis, præſidio linguarũ: bi-  
boq; hætenus è fontibus, ita ut me nunquàm pœni-  
tuerit uidiſſe Vitebergam, nec unquàm pœnitebit.  
Quorſum hæc: inquis: ut omnes adoleſcentuli nò  
ſolum incumbere linguis, & præceptoribus agere  
gratias diſcant, uerum etiam Chriſtum in ſcriptu-  
ris quære prædicareq; intrepidè ſtudeant. Quid  
enim eſt uita ſine Chriſto niſi mors: quid eſt om-  
nis ſcientia ſine Chriſti noticia niſi ignorantia  
Dei: quid eſt falicitas humana ſine Dei & Chriſti  
cognitione, niſi perpetua damnatio: Sed reuer-  
tor ad te ſerue nequam & inique Villice, dicendi  
D finem

finem ideo facturus, quia contra titulum libri tui fanatici duntaxat scripsi: nimirum ut spiculum Dauidicum in nos tortum, in uos retorquerem, & tibi nomine Theologi, uelut asino leonis exuuiò detractò, mataologum esse te monstrarem. Cur enim in epilogo rixarer tecum, quòd ideo me catulum appellas suis Molossis collatrantem, quòd Vitebergensibus acceptum fero quicquid in literis diuinis sum? Nullum est certius argumentum superbiæ diabolicæ, quàm præceptores suos diffiteri, & reliquos ideo præ te contemnere, quia uel sanctior uel doctior aliis tibi uideare. Scilicet eo tumes & gloriare, quòd tribus uocabulis græcis aut Solymis doctior es quàm alter? uel dicendo uocalior & disputando rixosior es quàm alter? Ego uerò sciens pietatem ueram constare, non iactatione donorù, sed impletione legis per fidem in Christum & proximi charitatem: non solum ideo gratias ago Deo quòd per labores maximos à pueris in studiù linguarum & scripturæ Dei collatos, non finit nec polyhistora nec omniscium fieri, quia tam superbus inferiorum contemptor fieri potuiffem, quàm tu es blatero uaniloque, sed etiam gaudeo me per omnia studia nil esse factum nisi linguarum amatorem indoctulum, & simplicem in scripturis diuinis catechumenon. Ac studebo summopere per omnem

omnem uitam, ut non solum me cunctis & indo-  
ctiorem & imperfectiorem semper arbitrer, nilq;  
indoctos & imperfectos doceam in Ecclesia quàm  
Catechismum, uerumetiam ut faucem præ cun-  
ctis linguarum & Euangelij doctoribus, semperq;  
adhortabor studiosos linguarum omnes, ut Cate-  
chismum & discant & doceant suos per omnem ui-  
tam. Non est scriptum in Psalterio ( cuius nullum  
Psalmū intelligunt omnes aduersarii nostri) ex ore  
Theologorum, monachorum, canonicorum, Louanien-  
siū, Parisiensium, Colonensium, perfecisti laudem, sed  
ex ore infantium & lactantiū perfecisti laudē, pro-  
pter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorē.

Quoniam ergo nostri catechumeni pueriq; cer-  
tō sunt inter eos numerādi, qui lactantes & infantes  
octauo Psalmo dicuntur; uos autē re uera estis inimi-  
ci & ultores, quorū meminit Psalmus: Vaticinor iā  
uobis per dominū Iesum, quē in nobis persecuimi-  
ni, non solum uos oēs ab uno Catechumenorū no-  
strorū pudefactū iri Catechismo solo, uerumetiam  
Deū omnipotentē & patrē liberatoris nostri Iesu  
Christi, propter abnegatam fidei iusticiam, uos nō  
aliter afflicturū æternum ( nisi resipiscatis) quàm  
in titulo uestri libri tartarei scriptum est;

IUDICA ILLOS DEVS.

τὸ μέγθ τοῦ θεοῦ.

EPIGRAMMA  
TVM LIBER IN EBERHAR  
DVM BILLICVM ET SVOS: PRO  
doctrina Ioannis Draconitæ & omnium  
Euangelii confessorum.

MICHAEL REYTERVS.



I DEVS æternas minitatur se-  
dulò pœnas  
Cunctis, q̄ legis deseruere uias:  
Quis non cœlestis fœlicia gaudia  
uitæ

Expetat, ac uultus posse uidere Dei:  
Sed quia non multis lux contigit ista creatis,  
Vt recta possint tendere ad astra uia,  
Prò uarius subitò miseris mortalibus error  
Cœleste abripuit, quod sequeretur, iter.  
Hinc idola suos cultus sortita frequentes:  
Dum quærit propriam quisque salutis opem.  
Sponte sibi leges multi posuere seueras:  
Soluere ut hoc possent crimina quæq; modò.  
Anxia coniugii uitarunt uincula multi;  
Tædiaq; iratæ sustinuerunt famis.  
Et placuit multis hominum contemnere cœtus:  
Posse ita credebant se magis esse pios.

Lon-

Longinquas alii quærentes phana per oras  
Senserunt dubiæ magna pericla uia.  
Innumera hoc pacto creuerunt undiq; leges:  
Quæ cæli monstrent, quod sequeremur, iter:  
Ast tu, quisquis eris ueræ pietatis amator,  
Qui colis ex animo iussa tremenda Dei,  
Volue Draconitæ pia dogmata nocte dicq;:  
Commoda quæ nunquam perfoluenda tenent.  
Quæ uis peccati sit, quanta potentia mortis:  
Quàm cruciet miseros lex gemebunda reos,  
Quanta sit ætherei contra clementia Regis:  
Ut miseros gratis Christe benigne bees,  
Hic disces, ut enim sanctorum oracula uatum,  
In Christum solam tractat & iste fidem.  
Solam nempe fidem, quæ Christum respicit unū,  
Iusticiæ nostræ commonet esse caput,  
Hanc quia uaniloqui gens perniciofa sophistæ  
Nituntur tenebris implicuisse nouis,  
Nemo pius cesset, quin omni sedulus arte  
Seruet ab insidiis, quam decet esse, fidem.

*Petrus Loticius Secundus in Eberhardum Billicum.*

Quanam miselle Billicane cogebat  
Megera, non bona aduocata fortuna,  
Hanc, nec pudet, sic excitare te rixam?  
Dic quis malus persuasit, ut uiros tantos  
Inuaderes, Melanthonem, Bucerumq;,

Oldorpiumq; cum pio DRACONITAE  
Cur non perisse, perditum quod est, ducis:  
Fortassis ire quæris ora per uulgi:  
Ibis: quis hoc uidere, quis pati posset:  
An hoc camœnas posse ferre credebas:  
Ibis: sed ad parentis inferi regnum:  
Vestri parentis: hic ubi patres uestri  
Cochlæus, Eccus, Caperq; lasciuus,  
In te suas noscent manusq; laudabunt,  
Malisq; fœcundam dolis parem mentem,  
In hanc abire Billicane te turbam  
Decet, feras illis noua hæc: iugo excusso  
Coloniam nostro fauere iam Christo.

*Ad Papistas de Billico, Petrus Secundus.*

Quicumq; mundo fidit, & luum demens  
Christum, uelut quidã, negat redemptorẽ:  
Mentemq; falsæ credulam dedit Romæ  
Plenæ ueneni & pestilentix sacræ:  
Aspèctet ille Billicum: nec hoc unquam  
Documenta fors maiora, nec magis nota,  
Tulit feretq;: quam trahat miser uitam  
Et quæ relicta finis est malis semper  
Mordente rodat conscientia mentem:  
Musasq; coniuirasse cernat in pœnam  
Et sentiat furens: quòd ipse laudare  
Quos debuit, sic lesit impia lingua.

Aspèctet

Aspēctet ille cautus hoc graui exemplo:  
Christoq̄; semper fidat, & suum prudens,  
Velut solent pii, colat redemptorem:  
Mentemq̄; falsæ liberam neget Romæ  
Plenæ ueneni & pestilentiaē sacraē.

*Idem*

*In uerrem Billicanum.*

Pars te Schuueinhardū uocitat, sed pars Eberhardū,  
Scilicet hæc uerrem dicitur: illa suem.  
Elige utrum malis: non sunt discrimina magna.  
Conueniens uitæ nomen utrumq̄; tua.

*Idem*

*In Eberhardum Billicum.*

Iam nocte candidus micat dies pulsa:  
Clarumq̄; splendens extulit iubar Phœbus:  
Totoq̄; lumen sparsit orbe diuum.  
Sed te nitor tuosq̄; contubernales  
Eberharde Billicane cur hic excæcat:  
Oculosq̄; lucis percutiens inassuetos  
Rutilante flectit usq̄; sydere in terram:  
Certatis omni crimine, & furor mentes,  
Rabiesq̄; tristis incitat, nec instigat  
Scelus minus, nec quod sit est uetitum uobis  
Regnat libido, sed leuissimum aut nullum  
Velut nephas, nec est scio pudor stuprum,  
Et quæ referre non piæ ferunt aures.

D iiii Breui

Breuitérq; uestra huc nempè consilia intendunt,  
Germanus omnes ut riget cruor terras,  
Redeatq; nox obscura, & excidat lumen.  
Tam lentus audis o redemptor oppressos?  
Lentumq; fulmen arce decidit summas?  
O Billicane cui malo referuaris?

*Nicolaus Asclepius barbatus, facultatis artiũ Decanus,  
Familiare Asclepij cum Billico colloquium.*

Billice Carmeli soboles exclusa cauernis  
Barbarico iactans nomina magna iugo,  
Quę gignis pater, aut quorum es (mirabile) mater,  
(Iuppiter hac Baccho fit ratione parens)  
Quisnãm quęso gerat copulata immēsa Camelus?  
Ille aliquo partus credo ego monte uenit.

B I L L I C V S.

Ingeniosa fluunt commenta à uertice acuti  
Montis, Agrippina magnus ab urbe liber.  
Magnus ab urbe liber Romę genitricis alumna.  
In matrem par est sit pia ut illa suam.

A S C L E P I V S.

Sed tu qua gaudes, scortum est, genitrice, liceret  
Si saperes matris non meminisse tuę.  
Cuius quis fœtus, qualis sit deniq; partus,  
Scortorum Cynici sat docuere greges,  
Donum



*Donum Billico.*

Quo designarim puer olim Billice uersus  
Romanū poteris hinc meminisse Papam.

*In Leonem decimum.*

Quis hoc potest uidere, quis patitur  
Leonem habere quod comata Gallia  
Auara quodq; possidet Britannia  
Parum haec tenusq; perspicax Germania?  
An Imperator hoc uidebis & feres?  
An Imperator his egebis & feres?  
Papisticumq; ius in arme Caesarum  
Videbis eminere sanctionibus?  
Quin arma tractat haud sua ipse Pontifex,  
Velutq; auita ui rebelli uendicat  
Quæ principum, regumq;, tum quæ Caesarū,  
An Imperator his egebis & feres?  
Eonè Carole Imperator unice  
Perdis tuorum sanguinem Quiritum,  
Ut ille molliter tuis laboribus  
Fruatur ociosus & Cynedulus?  
Rheniq; Romuliq; patrimonia  
Das uic effuturæ deuoranda mentulæ?  
Redde Imperator Romulo patrimonium.

*In Leonem Decimum mercatorē Florentinum.*

Ecquis non uidet oro Christianus  
Quam respublica Christiana crescat?

E

Petro

Petro quam Antiochus dedit cathedram,  
Piscator cui præfuit cathedræ,  
Ademptam malè Romulo Remoq;  
Florentinus habet negociator.  
Mox uolente Deo suum gemellis  
Reddet depositum sed Imperator.

*In Leonem Decimum, ex Aristophane.*

Leonis in Republica catellulos  
Fouere turpe, sed Leonem turpius,  
Si quo tamen modò educatus hic erit,  
Iplius est inseruiendum moribus.

*sententia.*

Nec Cardinales nec fouendi præfules:  
Minusq; multò Pontifex.

*Lucas Coccicus in Eberhardum Billicum.*

Es tu Billice turpis ille clerus,  
Papam qui uoluit trucem tueri,  
Et sanctam uiolare ueritatem  
Lucenti modò sole clariorem?  
Dic quis te rabidus furor fefellit?  
Qualis uel genius fuit malignus  
Qui te duxit in hoc nefas pudendū,  
Vt Christi malediceres ministris,  
Qui ueram fidei institutionem  
Syncerè doceant, & hic & illic?  
An non germinibus decet fidelem  
Verbi Euangelicis oues supremi

Pasto-

Pastorem miseras cibare, demptis  
Nugis Pontificum ferociorum?  
Tu planè lupo, atq; peior illo es,  
Pastores dum etiam uorare quæris.  
Sed ne sis rapidis uide futurus  
Illorum canibus subinde præda:  
Quamuis transfiliisse septa nunc te  
Credas, uix tamen o lupo auolabis.

*Idem in Eberhardum Billicum.*

Album Billice dum geris cucullum,  
Nil est candidius, magis pium te.  
Sed tam sis licet albus atq; sanctus:  
Nil est nigrius & minus pium te,  
Cæcas peçtore dum geris tenebras.

*Epitaphium quod sibi ipse Eberhardus Billicus.*

Hac ego qui iaceo, dicebar Billicus olim,  
Tumba, & Christicolis hostis iniquus erã.  
Nunc me fatidici spoliarunt nomine uates.  
Miraris? satanæ VILLICVS ipse fui.

*Petrus Loticius Secundus in Billicum.*

Cum sis pessimus omnium malorum,  
Quot nunc sunt, quot erunt, quot & fuerunt:  
Tanto pessimus omnium malorum,  
Quanto maximus hostis es piorum.  
Vis iustus tamen esse Christianus  
Frater Billice, sic tibi fuisse

Dicunt(nec scio nec nego) parentem.  
Sed credo tamen & puto tulisse  
Solo nomine nempe Christianum.

*Ioannes Gualterus Bidecapius.*

Billice Romanæ non uillicus impiger aulæ,  
Vera Draconitæ scripta quid ore petis?  
Ecqui nouisti quòd is allatrare Molossis  
Et soleat catuli prendere more suem?  
Obiicis hoc illi summū quasi dedecus: at qd:  
A cane non magno sæpe tenetur aper.  
Si nescis, aper es durus, tua sunt tibi testes  
Nomina, Germanis sic Eberharde sonas.  
Quàm metuo ergò suo ne te canis ille trilingui  
Ore sequatur, & in retia dura trahat,  
Vnde tuos nunquam possis euoluere gressus?  
Hei mihi tunc quantus Billice risus eris,  
Sed nec eris risus, nec te canis ille remordet,  
Iamdudum es catulis redditus esca suis,  
Hoc saltē metuas, tua ne canis ille Draconis  
Obiiciat stygio uiscera edenda cani,  
Et tunc ad sese cunctos uocet iste Molossos,  
Qui te perpetua Billice morte necent.

*Idem.*

Sicut Adam lapsus mala quæq; piacula terræ  
Intulit, & carnis perdidit omne genus.  
Sic rursus è cœlo ueniens promissus Iesus,

Mors

Morte sua totam sanctificauit humum,  
Et tulit è medio toto quod in orbe nocebat,  
Pacatumq; Deo reddidit omne genus.  
Sic ut ei nullū posthac crimenue malum'ue,  
Aut aliquis satanæ possit obesse dolus.  
Neue etiam bellum, belliue infana cupido  
Amplius in terris possit habere locum,  
Pro gladio pacem cunctis credentibus in se  
Sublato diro Martis amore dedit.  
Iussit & omnigenas in se confidere gentes,  
Hacq; sua sola scandere ad astra fide,  
Hunc pius & uerus ueræ pietatis alumnus  
Ore DRACONITES candidiore docet.  
Et quia Psalmographi præclara uolumina Regis  
Edocta uersat sedulus usq; manu.  
Scriptaq; priscoꝝ uatū citat ore trilingui,  
Omnia sub memori pectore uerba tenēs,  
Illum audes catuli magni uocitare Lutheri,  
Et nulla dignum Billice laude uirum:  
An facis hoc ideo quod cum sit magnus, Iesu  
Exemplo catuli malit habere locum:  
An quia more canis nusquam tacet, omnia lati,  
Peruigili carpens crimina uoce solie  
An quia seu catulus pulchrum putat ire per ipsum  
Quo dominus fecit Christus Iesus iter:  
Si nescis Eberharde, fuit Deus ipse Molossus,

Illi allatrarunt omnia uerba patrum,  
Paulus, & illius quotquot sunt munere functi,  
Quotq; per hæc eadem sæcla fruuntur eo,  
Huic allatrauere, allatrabuntq; Molosso:  
Vox fuit est & erit omnibus unà Dei.  
Hic igitur cuius doctorem Eberharde modestum  
Efficis admissi desidiose reum?  
Quid rogo tu grunnis nisi quod furaris ineptus:  
Ex non perceptis codicibus ueterum?  
Ni catulus malis aut rigri Cerberus Orci  
Hic fieri, porrò Billice quæso tace.  
Nos tamen ut uerum, uos autē falsa, docere  
Posteritas aptè nostra uidere queat.  
Hæc tibi pauca quidē pro nostro carmina Marte,  
De uestra recinam Cerbere factæ fide.

*Petrus Secundus ad Billium.*

Cur mittam nostras quæris tibi Billice musas?  
Ut mittas nugas rursus & ipse tuas.

ECHO ET POETA

*colloquantur.*

P. O quæ frondiferos deæ recessus  
Lucorum colitis uetustiorum,  
Diuæ dicite, nec negate: si quem  
Nuper, quisquis is est, Coloniensem  
Dum uoces iterat diu loquaces  
(Nā uos Rhenides audiisse certū est)  
Quibus montibus audiistis? E, istis.

P.

P. Vestro numine conscio. E. scio. P. quid  
Percussæ resonantnè forsan auræ?

An hic uallibus unà sub remotis  
Nympharum soror assonat dearum?

E. Harum, P. sentio quæ meas reportas  
Et uoces geminas, prior tacenti

Non unquam loqueris, nec aut loquenti  
Unquam diua taces; refer quis ille?

Num solus precor an simul fuere  
Infani socii furoris illi

Communis, quibus & scelestâ uita est?

E. Ita est. P. dic dea, dic imago uocis  
Alternæ, sceleris quis huius author?

Quo moti duce? fas tibi referre.

E. Verre. P. lic equidem diu putauî,  
Nec præfagus Apollo me fefellit.

Sed hei non Eberharde non habebis  
Longè gaudia criminis nefandi.

Mox ultor ueniet Deus, nec Hyllum  
Cattorum malè senties Achillem.

Cum uirtute Dei fidem petenti  
Dices iustificare non cacare.

E. carè P. Non igitur precor fatere  
Mouit summa tuæ feram salutis

Mentem? non amor & tot cruditi  
Summa laude uiri iubar perenne

E

iiii

Mun

**Mundi sydera clariora tangunt,**  
**E. Angūt. P. Nec uetat impios tenetq̄;**  
**Conatus Eberharde Billicane,**  
**Quicquid pagina sacra prodit? E. odit.**  
**P. Hei cur summe pater salus piorum**  
**Cessant fulmina? Num pias tuorum**  
**Voces percipis exulum, fugati**  
**Clamores populis? quid arma cessant?**  
**Hei tempus ueniat diu, moratq̄;**  
**Erroriq̄; datū. E. datū. P. Peractū est**  
**Tempus flebile, dum licet uidete**  
**Infantes monachos Colonienfes.**  
**E. Enfes. P. quid Dea? cur taces? resigna**  
**Fatum si potes abditum, sed usu**  
**Non lingue datur hei breui, E. breui. P. quid**  
**Enfes nescio quid breui minaris.**  
**E. Aris. P. Dii precor impiis, E. iis. P. Sic**  
**Vltroresnè Dei ferunt? E. Erunt. P. tunc**  
**Lucorum dea quæ colis recessus**  
**Semper frondiferos uetustiorum**  
**Nunc o diua uale, E. uale, P. Noui illud**  
**Feram nunc ego Billico. E. λύκω. P. sed**  
**Vt prior taceam decet, tacebo.**  
**Syluæ uos etiam ualete. E. lætæ.**

*Ad Eberhardum Billicanum.*

**Quæ uitam faceret beatiorem**

**Billicane**



Billicane tibi Camele sunt hæc:  
 Non incerta fides, timor perennis,  
 Christi summus amor, quieta uita,  
 Lis nunquam, toga nõ uetus cuculla,  
 Prudens cura, nec arte mensa summa,  
 Lux non ebria, nox minus scelestæ,  
 Non impura domus, thorus pudicus,  
 Summum nec metuas diem, sed usq;  
 Non durus ueniens sit ut labora.  
 Hanc prauam tibi Billicane uitam,  
 Si nescis facerent beatiorem,

*Ad Ioannem Draconitem*

Quidam poëta, cuius hic raceo nomē  
 Sed est poëta forsitan probè nosti  
 Draco benigne, nam bonos facit uersus,  
 Et gaudet & miratur ipse se uatem,  
 Florebimusq; nos ait simul quondam,  
 Hoc cantat ille, quicquid est, ubicunq; est,  
 Volebat ille Billicum ut uidebatur  
 Phœbo seuerè iam suo salutare,  
 Plorabit inquiens, furetq; rumpeturq;  
 Et quæret altos unde pendeat ramos,  
 (Nam uersibus sic utitur poëtarum)  
 Vix ceperat, iam Billicane responde,  
 Ferox, superbe, sæue, nominis Christi  
 Hostis, notari semet sensit à seipso,

F

sta

Statimq; regnum, dixit, omne non concors  
Perit, ualete lambici Lycambæi,  
Hoc quicquid est te mi Draco uolui scire,  
At tu superbe Billicane gaudebis.

*In Eberhardum Billicum.*

Quis te furore percitum rapit demens  
Eberharde Billicane missus ex imis  
Deus paludibus: fatere quæ cogit  
Alecto, quæ Megera tam sequi longè  
Peiora: dic cur & sciens it in præceptis  
Animus: nec æquæ sana consilia admittit  
Rationis: ah sanæ parum tuæ flammæ  
Eberharde mentis cõprime, & doma uentrẽ,  
Frena furorem, quas petis latebras quæso?  
Audi parumper, dignaq; excipias uerba  
( Humaniore nam semel loquar more )  
Quò pergis: audi, quid fugis faciem sacram,  
Quæ pro tua salute quassa Iudæas  
Oculis reuinctis sensit & patiens dextras:  
Quid has manus pro labe uulneribus nostræ  
Fixas, paues Christi tui redemptoris?  
Qua te precor miselle de domini uultu  
Qua te recondes obruesq; tellure:  
E cuius elapsum sinu per immensum  
Vtræq; Phœbi sentiunt domus fulmen,  
I uel cucullis nunc latè niueis centum

Ibis

Ibis ad ignes, deinde nudus infernos.

*Ioannes Gualterus Bidecapius.*

*De uicijs & falsa doctrina Papæ.*

*Ad Eberhardum Billicum Papistam.*

**H**Actenus eiecto saluantis dogmate Christi  
Papa suas homines compulit ire uias  
Illis seducti miseri multumq; dolendi,  
Nec quoq; nunc uultis dexteriora sequi.  
Omnia metiri uestra ratione studetis,  
Qua nihil est uobis deficiente sacrum.  
Et non interea quid dicat uterq; uidetis,  
Huius an illius uera ne uerba sient.  
Ille suum regnum cunctis credentibus in se,  
Ex sola pura donat habere fide.  
Et merito, quid enim: si quid bona facta ualarent,  
Ipsam prodesset mortis obisse diem.  
Gratia nulla foret, se saluū redderet ipsum,  
Et sibi quisq; sua quæreret astra uia.  
Hic docet ex proprio saluari quemq; labore,  
Quisq; sui demat criminis ipse modum,  
Fur & prædator diuini factus honoris,  
Se super & cælum tollit & astra Dei.  
Inq; suo residens folio, contraria Christo  
Omnia sub specie dexteritatis agit.  
Aere dato noua permittit, peccataq; tollit  
Pristina, uenalis uita perennis ei.

Quæ dare non potis est uendit, præfertq; dolose  
Ipsa creatori dona creata suo,  
Vno pro domino plures docet esse colēdos,  
Numina sanctorum concilianda putat.  
Illis attribuēs, quos huic abstraxit, honores,  
Abrogat excelsi celsa statuta Dei.  
Per nomen iurare Dei, iurare per ipsum,  
Non multum numero credit obesse suo,  
Tota sacerdotum, monachūmq; caterua suorum  
Peierat, & uotis non facienda uouet.  
Sabbata sancta Dei minimo dignatur honore,  
Quæ malè substituit, plus ueneratur iis,  
Nec tamen interea peragi sacra curat Iesu,  
Impia cantantum templa caterua replet,  
Potat & in luxu festis iacet ille diebus,  
Concinit, & nugas gannit ubiq; suas  
Allicit ad sese, miserisq; parentibus aufert,  
In quos ad senium spes posuere suas,  
Et docet, aut monachos fieri, aut uitare puellas,  
Quas sibi coniungi non ita posse putant,  
Cædis amore tumet semper, semperq; recēti  
Oprat inundantes sanguine ferre manus.  
Corpora nec fatis est ferro iugulasse nefādo,  
Occidens animas mittit ad ima piæ.  
Illius historias si quando reuolueris omnes,  
Compositum dices cædibus esse librum.

Vsq;

Vsq; adeò nihil est, quod in illis dicere posses  
 Cædibus & falsis non fluitare dolis.  
 Si quæras, quis sit: qui Christum occiderit olim,  
 Papa sua fecit seditiosus acu.  
 Is fuit ille, rudem qui iussit dicere turbam  
 Hunc sustolle, cruci fige, repentè rape,  
 Quippe suo metuens stulte ambitiosus honori,  
 Ne uic suus fieret quæstus in orbe minor,  
 Illum fraude mala circumuentum obtulit hosti,  
 Et dedit immeritum mortis obire genus.  
 Eius apostolicum referentes nomine munus  
 Est quoq; per quod uis ense secutus iter,  
 Nec quoq; nunc cessat sceleri huic imponere finē,  
 Quærit, ut elaniet Christe beate tuos.  
 Quærit Christe tuos, nam te super astra sedentem  
 Amplius in terris discruciare nequit.  
 Quod si uiuus adhuc esses, uel forte redires,  
 Mille neces strueret, mille feretra tibi.  
 Sanguine iustorum sitientia guttura plenus,  
 Quærit adhuc auidas exaturare manus.  
 Hic & ubiq; tuū uenerabile dogma fatentes,  
 Igne, mari, ferro sanguinolenter agit.  
 Ut lupo innocuos inter furit improbus agnos  
 Inter Euangelicos sic modò Papa tuos.  
 Testes sanctorum tot corpora cæsa uirorū,  
 Teutonibus inferior quos uidet ora trahi.

Non tam cum nigro pugnat color albus, ut ipso  
Cum Papa Christus, uerus ubiq; Deus.  
Christus uiuit inops, hic toto splendidus auro,  
Ille pedes, multis hic comitatus equis.  
Ille magistratū summo ueneratus honore,  
Cæsaribus docuit iusta tributa dari.  
Et fieri minimū, summus qui uellet haberi,  
Contriti gaudet cordis habere uiros.  
Hic super excelsi tollens se Cæsaris ortum  
Altius in terris conspiciendus init,  
Se super omne, quod est in terris eleuat altū  
Oblitus minimi forsan habere locum,  
Sæpius immutans sacri diademata regni  
Ista diabolicis tradit habenda uiris.  
Et sic à summis perturbans sedibus ipsum  
Induperatorem, tristia bella mouet.  
Hunc Deus instituis, te Papa quis improbe, quis te,  
Contra unctum domini sumere bella iubet?  
Nōne reluctatur domino? qui Cæsaris audet  
Atq; magistratus temnere iura sacri?  
Omnia pro libito nullo prohibente faceffit,  
Vendicat ac retinet qualiacunq; sibi.  
Ille coronatus circum sua tempora spinis,  
Inq; suis manibus scepra iocosa tenens,  
Verus ab æterno, se falsum nomine regem,  
Est ficta passus sub pietate coli.

Hic

Hic triplici uinctus circum sua tempora gemma  
Inq; suis manibus regia sceptrum tenens.  
Falsus ab æterno, se uerum nomine regem,  
Sub certa patitur religione coli,  
Ille satus caste, castam sine crimine uitam  
Duxit, in effossam donec abiret humum.  
De se alios iussit uiuendi sumere mores,  
Nulla pudicitia solueret iura pia,  
Hic satus est stupro Sathanæ, cū matre patrato,  
Hic ubi cum furiis accubat ille suis,  
Torus in immunda Veneris desudat harena,  
Tela pudicitia si superare queat,  
Turpe referre mihi, quotquot genera illa nefandi  
Concubitus, passim per sua regna patret.  
Non satis est illi teneras uitare puellas,  
Infert matronis turpia stupra bonis.  
Nec contentus eo, mariū sibi querit amores,  
Cum brutis audet, cumq; coire feris.  
Atq; quod est mirum, sua non parit accuba solum,  
Inuentus coitu factus & ipse grauis.  
Cum quandoq; Dei uellet mysteria Romæ  
Circumferre, suo se comitante grege,  
In medio lassus populoq; foroq; resedit,  
Quolibet & partum conspiciente dedit.  
O uerum grauitate uirum, taliq; uerendum,  
Miraculo uitæ nobiliore suæ.

Quæ Deus instituit, prohibet connubia cleris,  
Atq; dat illicitis uiuere posse thoris.  
Quotquot Euangelium legemq; sequuntur Iesû,  
Et sibi coniugii uincula certa parant,  
Illos à sacris, factorumq; arcet honore,  
Atq; necis reddit suppliciiq; reos.  
Et tamen interea cum scortis turpiter ipse  
Cuncta suæ uitæ tempora longa trahit.  
O genus inuisum cum diis cœlestibus, ipsi  
Humano generi, rusticolisq; feris.  
Nullam sic leges naturæ euerit, & ipsis,  
Obstrepat ordinibus, numinibusq; Dei.  
Pleraq; cum specie coeunt animata suorû,  
Concubitusq; sui tempora certa notât,  
Tu sine fine ruis, legesq; cupidinis omnes  
Transis, cum maribus res tibi, cumq; feris.  
Si placet, è multis, unû genus accipe brutum  
Et te conuincam cum ratione tua.  
Non auis alterius conspurcat adultera lectû,  
Nec sua concubitu concipit oua uago.  
Cum pare quæq; sua sotialia fœdera pangēs,  
Coniugii seruat uincula certa sui.  
Hinc tuus est iudex genus hoc aliquando futurum  
Et te cum stupris trudet ad ima tuis.  
Illic cunnus eris Sathanæ, podexq; maligni,  
Teq; diabolicus quisq; fututor aget,

Nec



Nec tunc teq; tuosq; sues, miserabitur ullus,  
Semper in inferni destitueris hara.  
Commoueor, scelerum, quoties reminiscor eorū,  
Quæ genus hoc passim per sua regna patrat,  
Sed quia nec cessat, nec adhuc cessare laborat,  
Non pudet hæc illi me cecinisse modò,  
Vt Sathanę pudefiat opus, patefiat Iesu,  
Describi factis debet uterq; suis.  
Iurares omnes in turpia currere supra,  
Nulla potest illis casta manere domus,  
Si qua puella placet, rapitur, si nupta pudica est.  
Insidias, donec decipiatur, habet.  
Cum benè sunt poti noctu concumbere scortis  
Mane solent Missas concelebrare suas.  
Gratia magna Deo, nullo uenalis & ære,  
Cum sic diuinum tractat adulter opus.  
Atq; ita præsancti corpus uenerabile Christi  
In scortatoris coniicit ora mali.  
Lex est ne quisquam furtum committat iniquum,  
Neu fiat testis falsa loquendo malus.  
Neue etiam partis uicini rebus egeni,  
Retia propositis extruat ulla dolis.  
Sed magis ut misero (causis super omnibus) ipsi,  
Auxiliatrices sponte ministret opes.  
Hanc plusq̃ reliquas, odiosa mente securus,  
Non tulit in regno Papa uigere suo.  
Defuit in primis, quo desidiosus inertes

Abſq; graui poſſet degere mole dies.  
Diſplicuit duras mendici aſſumere partes,  
Et graue ſeruitii ſuſtinuiſſe genus.  
Furta quoq; extimuit manifeſta rapaciter ille  
In tanta poſitus religione ſequi.  
Nulla dabant homines, ueluti num munera, nullis  
Ille tamen uoluit turpe carere bonis.  
Hinc ditescendi tali ratione reperta,  
Mortales ad ſe pene retraxit opes.  
Numen in eſſe ſibi mundo perſuaſit inerti,  
Inq; loco ſummi ſe reſidere Dei.  
Iura remittendi ſibi tradita crimina credi  
Fecit, & à ſeſe regna ſuperna dari.  
Nominibus uariis extruxit multa per orbem  
Templa, quibus cunctis numen in eſſe dedit.  
Huc homines iuſſit ſummo concurrere niſu,  
Et pro peccatis æra precesq; dare.  
Qui multas tradebat opes, multosq; ferebat  
Nummos, hic multo crimine purus erat.  
Nil eſt ſacrorum, quod non diuendit ille,  
Cū meritis Chriſtus uenditus ipſe ſuis.  
Sicut uenales ſolet inſtitor edere merces,  
Et uariis ipſas intitulare modis.  
Haud aliter miſſasq; ſuas requiesq; ſuorum,  
Et quæ præterea ſacra nefanda colit.  
Haud etiam ſecus expoſuit uenalia Chriſti  
Regna, & pro lucro tradidit iſta malè.

Ante

Ante suas aras quoties stata sacra frequentat,  
Non alio malles ardelione frui,  
Exilit, & manibus micat, huc se uertit & illuc  
Elevat, & uario suppressit ora sono,  
Collocat in numerum uariarū scrinia rerū,  
Ossa sepulcorum multa uidentur ibi.  
Quorum quodq; suo collaudans nomine, mirum  
Omnibus attribuit relligionis onus,  
Hoc procul ex aliqua iurat regione relatum,  
Illud præcipui numinis esse genus.  
Hoc rursus raram, raroq; labore paratum,  
Illud uirtutum robur habere graue.  
Hoc caput istius, crus illius illud, at istud,  
Alterius digitum prædicat esse uiri.  
Hoc cole, & à turpi subito releuabere morbo,  
Illud adi, & saluo restituere tibi.  
Huic tot redde preces, illi tot deniq; nūmos,  
Tot mihi, & à toto crimine purus eris,  
Inquit, & à uetulo desumpto crure caballo,  
Aera reponentum leniter ora notat.  
Cuius contactu contacta piacula cedunt,  
Et uacui fiunt, crimine quisq; suo.  
Scilicet à nummis uacui, non crimine fiunt,  
Hoc quis furandi quæso notasset iter?  
Nomine facta suo signataq; scripta sigillo  
Omnia per mundi mittere regna solet.  
His noua deletis uenduntur crimina prisca,

Et delictorum tollitur omne genus.  
Aeris tinnitus quàmprimū auditur in arca,  
Copia tam subito criminis omnis abit.  
Impurus quidā nostras Raimundus ad oras,  
Italico nuper uenit ab usq; solo.  
Is secum ualidis referendam uiribus arcam,  
Quod iussu Papæ, per loca multa tulit.  
In quā Cæsarea quicunq; numismata forma  
Contulit, aut aliis æra notata modis.  
Hic mox, ut fundo sonitus perceptus in imo  
Saluus, & à stygia morte redemptus erat.  
O qualis, quantusq; fuit cōcurfus ad illum,  
Vix ullus, qui non dona ferebat, erat.  
Si quis fortè graui detentus membra dolore,  
Nō poterat propria tradere dona manu.  
Huic satis, ex alto demisso culmine uultu,  
Conspexisse caput prætereuntis erat.  
Gratia tanta uiro Romana fluebat ab illo,  
Reddebat uisu corpora sancta suo.  
Non mihi si data sint centum discrimina uocum,  
Omne scelus Papæ commemorare queam.  
Quæ Deus accipienda dedit cum pectore grato,  
Sumere mortales nos alimenta uetat.  
Imponit miseræ ieiunia tristia plebi,  
Iuraq; uescendi rebus iniqua facit.  
Et tamen interea regali lentus in aula,  
Magnificis fruitur non minus ille cibus.

Seq;

Seq; suosq; sues epulis pinfercit opimis,  
Disperit exhaustū uulgus inerme fame.  
Sed tamen ex illo si quis uelit ordine carnis,  
Et dulci lactis commoditate frui.  
Huic utriusq; esus pro certo uenditur ære,  
Dantur ad hoc scriptis nexa sigilla uagis.  
His, nusquam uetitus, conceditur usus edēdi,  
Venduntur gratis munera danda Dei.  
Quis rogo callidius, rebus nō callidus ipsis?  
Furandi posset commeminisse nefas.  
Abstulit incauto sua caura numismata uulgo  
Factus & est pœnæ nullius ille reus.  
Sic simul & diues, Deus est & factus in orbe.  
O igitur qualis pœna moratur eum:  
Cū Sathana septēq; illo ora gerente colubro  
Falsus & infelix ille propheta cadet,  
A rapido domini turbabitur ore repente  
In stagnū, semper sulphure & igne furēs.  
Illic perpetuum peritura secula uitæ,  
Tormina perfidiæ sentiet ampla suæ.  
Quisq; sibi uictū proprio cōquirere Marte,  
Indeq; pauperibus ferre iubetur opem.  
Quisq; iubetur opē uiduis præstare relictis,  
Et pupillorum semper adesse gregi.  
Hæc, quàm cum monachis, pigraq; cohorte suorū  
Impleat ille Dei iussa, uidere licet.  
Apponunt nullis sua brachia rebus agendis,

**A duro remouent usq; labore manus.**

Ne quoq; plebei sentire incommoda cætus,

Ferre magistratus iura uel ulla queant.

Se procul à populo, populiq; frequentibus actis,

In loca præ quouis tuta labore ferunt.

Illic à rebus ciuilibus usq; remoti,

Fata suæ uitæ liberiora trahunt.

Inuigilant partis aliorum rebus opimis,

Vix uiuit, quem non dispoliare uelint.

Quos non ufuris (totum quibus attramen orbem

Penè grauant) illos dona petendo premunt.

Ac quasi non esset satis, ipsos ire petiturum,

Mendicare suos edocuere sues.

Vt lupus insidias toto meditatur ouili,

Querit & improuidum dilacerare pecus.

Vtq; uolans altè putrefacta cadauera uultur

Circuit, & patulo captat in orbe cibum.

Haud secus hi circum morientum fulcra sedentes,

Illorum captant plus animabus opes.

Non ita decedas, pro teq; tuâq; salute,

Est aliquid nobis ut stipulere prius.

Illic rura tuis non multum commoda, uerum

Non adeò nostris rebus inepta tenes.

Quæ si iam nobis nullo reuocanda sub æuo,

Tradideris uero cordis amore tui.

Pro te nos dominum sine fine precabimur, & te

Tollemus meritis astra sub alta bonis.

Annua sacra tibi statuemus & absq; periclo,  
Hæredem cœli te faciemus opum.  
Dicunt, & miseros spolianres sæpe puellos,  
Defraudant duplici conditione patres.  
Corporis & animæ bona fraude feruntur eadem,  
Qui possset furti turpius esse genus?  
Post ubi decumbens morientia lumina talis  
Clausit, & est illis copia facta dati,  
Funera magna nouo statuunt fluitantia sumptu,  
Et de defuncti largiter ære bibunt.  
Atq; licet miseris hinc maxima damna puellis  
Eueniant, patriæ & diminuantur opes,  
Quod tamen è uiuis pater est sublatu8 eorum,  
Altera coguntur dinumerare bona.  
Optimus inter equos, aut optima uestis in æde,  
Excipitur parochi lege potente sui.  
Interea quid agat cum prolibus orba marito,  
Non est qui curet ferre uel optet opem.  
Omnes obdurât ad dandum turpiter aures,  
Deficiunt lucro deficiente manus.  
Tali cum uitam peragant ratione, nec ullum  
Vel fidei præstent, uel pietatis opus,  
Vera Dei uero cû pneumate uerba sequentes,  
Oderunt stygio peius ubiq; cane,  
Omnia sollicitât in eos diademata mundi,  
Et uariis quærunt præcipitare dolis.  
Cæsaris appetitur persæpe minaciter ensis,

Eruat ut sancti dogmata sancta Dei.  
Atq; hæc illorum iuuet impia facta tueri,  
Quæ nulla iuris parte probata tenent.  
Qui nisi tam clemens & falsi conscius esset,  
Diruta iamdudum Theutonis ora foret.  
Sed quia nil ferro, nec opum ui posse putantur,  
Præsumunt alio belligerare modo.  
Conscribunt hominum conuentus mille per orbē  
Et pacem fingunt se dare uelle bonam.  
Interea cum iam Germania prodidit illic,  
Quicquid partarum forsan habebat opum.  
Ni uelit his ipsis illorum cedere nugis,  
Cogitur infecta pace redire domum.  
Quanta sit hoc ipso perpessa incommoda pacto,  
Difficile est aliquem dicere posse uirum.  
Vix credo Machometigenam tot finibus hisce  
Damna, per hæc duo bis lustra tulisse ducem.  
Nec puto eum nostris maiorem partibus hostem  
Esse, licet rota bella minetur ope.  
Hæc cum plus æquo sint omnia uera, nec ullus  
Iam nunc existat, quem latuisse queant,  
Non tamen à ueteri moniti discedere uita,  
Nec uitis uultis abstinuisse malis.  
Hæc malè Pontificis turpissima facta tuentes,  
Non finitis uerum uerba tenere Dei.  
Ista per omnigenas fraudum deperdere technas  
Queritis, & Christi reddere fata nihil.

Huic



Huic sua præcipuè furantes nomina laudis,

In cælum propriis tenditis ire uiis,

Cuius uos nostri quoties erroris amanter,

Tæq; tui officii Billice stulte monent

Hæreticos, aut si quid peius, dicitis illos,

Nullis testantes dogmata uestra modis.

Quare uos nisi schismatici Christi q; uelitis,

Esse repressores, ista cauete loqui.

Sin uerò perrexeritis maledicere, uobis

Cum toto mundo Christus iniquus erit.

*In Eberhardum Billicum Christianus Nidesteinius.*

**I**Mpie uaniloqua quid dicis Billice lingua?

Plena uenenosis sunt tua scripta malis.

Quis tua corripuit uiolentus pectora demon?

Quis ferus exagitat sic tua corda furor?

Vt studeas summi præcones temnere Christi,

Qui tamen haud aliud quàm sacra uerba docēt.

Pura DRACONITIS cur nostri dogmata carpis?

Cur scriptis tantum commaculasq; uirum?

Instituit uera qui nos pietate fideq;,

Omnibus & rectam monstrat ad astra uiam,

Billice dic, audes ea qua nam scribere fronte,

Quæ pugnant uera cum pietate Deis

Scilicet illa tuis erit ingens gloria factis,

Nobile præ reliquis qua tibi nomen erit.

Nonne pudet uitii te tanti, criminis atq;,

Insignis parteis qui nebulonis agis?

Dicite Pierides (nil uos later, omnia scitis)

Qua dignus poterit Billicus esse nota?  
Nonne caput cerebro uacuum proficitur habere,  
Et penitus propria mente carere sua?  
Illius & quæ sit Musæ mihi dicite causa.  
In doctos uomuit cur sua scripta uiros?  
Nonne cupit Papæ sibi conciliare fauorem,  
Eius ut accipiat munera larga manus?  
Aut ut puniceo cingatur fortè galero,  
Mos ut cardineis hic solet esse uiris?  
Dispereant omnes, quicumq; libidine ducti,  
Verba Dei uentris cōmoditate probant.  
Hos equidem summi remanebit iudicis ira,  
Et procul ad stygias deiicientur aquas.  
Dicite, supplicio quo nunc sit dignus acerbo  
Crimine qui tantum turpe peregit opus.  
Fiat ut unoculis totus Cyclopibus esca,  
Consilium uobis utile nonne placet?  
Aut ut nodosis uinctus post terga cathenis,  
Abtruso uitam carcere semper agat.  
Fortè breues Gyari uel ut expellatur ad oras  
Aut teneas captum curua Malea uirum.  
Sed quid aget tandē: quæ nā medicamina profunt,  
Pellat ut hæc imo corde uenena suos?  
Nauiget Anticyras, edat helleborumq; bibatq;  
Non alio poterit sanior esse modo.

*In eundem.*

*Ad laqueum cogunt si te mea scripta, cruce mq;  
Billice ne subito sic properato mori.*

*Namq;*

Namq; tibi paries magnum, mihi crede, laborem,  
Nec maiestati res erit apta tua.

Carnificem proprio fraudabis & ipse lucello,  
Sæpius à te quod nocte dieq; cupit.

Qui sit nonne rogas? à me uis scire? sinistram  
Aurem qui secuit Billice fœde tuam.

Ad celeberrimam et inclytam urbem, Coloniam Agrippinam, Doctor Iustinus  
Goblerus Goarnus Iureconsultus.

**N** Auigerum ad Rheni quæ structa Colonia litus,  
Nobile ab Agrippa Casare nomen habes.

Turribus excelsis cincta urbs, atque ædibus amplis,

Dives opum, & claris conspicienda uiris,  
Hæc tibi fortunæ quanta ornamenta secunda,  
Adjiciant, satis id dicere nemo potest,

Sed sunt his multo potiora, nec indiga laudis  
Externæ, uero nomine dicta Bona.

Scilicet amplecti studeas si dogmata Christi,  
Mystica si ueræ uerba salutis ames.

Si bona quæ pulchri iungunt consortia cœtus,  
Leges, iudicia, & publica iura coles.

Namquæ sub aperto præstat nil sole parasse,  
Quam quæ animum uera religione docent.

Tum si illos foueas populo qui mystica tradant,  
Atq; bonis natos artibus instituunt.

His poteris felix & sancta Coloma dici,  
Addas synceræ si pietatis opus.

Ergo tuum sequere urbs uirtutis Episcopon illum,  
Præcedens tantæ qui tibi monstrat iter.

Hunc oro Heroem præclaris dotibus auctum,  
Sancto in proposito firmet agatq; Deus.

Typographus Lectori.

Candide Lector, A. iij. facie uersa, uersu 16. meminervis legendum esse. Vide bis  
pro uides, Tum paulo infra uersu xxi pro fieres, fias. Nam carne, cuius ibi sit mōtio  
propter angustiam temporis excudere modo non potuimus.